torum statui caterua(s) nec in aliquo luxoria(s) temulentia. quae sic audari
pauperem uero lazarum dir& fames & amara aegritudinis grauastabat;
minister uero nullus nec ullum miseriae solacium & ex mensa diuitis quae
parasitos & luxoriosos usque ad distentionem & crapulam satiabat; ne micae
quidem quae proiciuntur ad lazarum ueniebant fame periclitantem;
& tamen ita pertulit hanc tam diram tamque teterrimam paupertatem
ut neque amarum sermonem neque blasphemum proferr& & inlici
tum; Sed sicut aurum uehementius ignitum purius & sincerius redditur,
ita & iam ille passionibus & cruciatib; examinatus clarior & splendidior
per patientiam reddebatur; & enim si uidentes tantummodo diuites
quos que adfliguntur humiles & tabescunt. accidendentur inuidia
& uitae eis ipsa amarior redditur; & iam si necessarius eis non deest cibus.
& iam si mediocria uideantur habere ministeria; Lazarus qui ita erat
pauper ut alius nullus fuit & non solum pauper sed aeger ut nullus alius
aeger fuit; & qui nullum omnino non dicam ministrum sed nec solacium
quidem habuit in medio ciuitatis ut in ultimis agens desertis famem pati
ens omnium sed plus ex abundantia uicinitatis esuriens. uidebat enim diui
(diuitis epulantis)
tem rerum copiis tamquam fontib; & fluminibus inundantem; Se uero ab
omnibus quidem refrigerium nullum capientem solis uero canibus iacere
miserendum; Ita enim erat aegritudine resolutus ut ne ipsos quidem ualer&
abigere; hic ergo nisi fuiss& summae philosophiae quanto (d) haec omnia tam pa
tienter. tam fideliter pertuliss&; uides quomodo qui se ipsum non laesit a nullo potuit
laedi; Iterabo enim & rep&am promissionis meae sermonem; quid ergo dic mihi
morbus corporis quid paenuria rerum omnium quid inruentes ulceribus canes
quid uicinitas auari diuitis. acriter bile dere potuit athletam dei aut in quo ex his
omnibus resolutus aut fractus est. ab animi uirtutibus nihil omnino; quin immo
& angustiis rerum magis solidatus est & hinc illi coronae paratae sunt unde &
infelicior putabatur; Inde ei palma uictoriae inde aeterna remuneratio unde
cruciatus multiplicabatur & iniuria; fames illa abundantiam parabat futu
rorum bonorum; aegritudo illa uitam parabat aeternam; Ulcera illa quae canes
lambebant splendorem gloriae per angelos ministrandam ferebant; Inhumani
& crudelis diuitis dispectus ad que ad ianuas eius cubile contemptum patris eius a
braam piissimos sinus & beatitudinis eius consortia promittebat; quid uero apos
tolus paulus nonne nimis absurdum puto iterum uiri huius facere mentionem;

De lazaro

2o

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0308